

MASTER NEGATIVE
NO. 93-81309-18

MICROFILMED 1993

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.

Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.

This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

WINIEWSKI, FRANZ

TITLE:

[DE EURIPIDE]

PLACE:

MONASTERII...

DATE:

[1861]

Master Negative #

93-81309-18

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88ED	
Z4	
Q	[Winiewski, Franz, 1802-1874. [De Euripide], Monasterii Gwestphalorum, ex typographia Academiae Aschendorffiana, [1861]. 31 p. 26 x 20 cm. Volume of pamphlets "Index lecticum ... in Academia ... Monasteri- ensi ..."
88EE	Another copy.
Z6	Volume of pamphlets
v.2	

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 REDUCTION RATIO: 12x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 4.21.93 INITIALS SJSM
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910




301/587-8202



Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

No. 50
Compendium
No. 6₃ *L*

INDEX LECTIIONUM

AUSPICIIS

AUGUSTISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS

FRIDERICI GUILIELMI IV.

IN

ACADEMIA

THEOLOGICA ET PHILOSOPHICA MONASTERIENSI

PER MENSES HIBERNOS A. MDCCCLX—LXI.

INDE A DIE XV. MENSIS OCTOBRIS

PUBLICICE PRIVATIMQUE HABENDARUM.

fr. Winiewski

Winiewski, Franz

MONASTERII GUESTPHALORUM

EX TYPOGRAPHIA ACADEMICA ASCHENDORFFIANA.

A u c t o r i t a t e
R E C T O R I S E T S E N A T U S
C i v i b u s S . D .

FRANC. WINIEWSKI, Dr.

Litter. antiq. Prof. P. O.

Quam in superioris scholarum academicarum indicis prooemio absolvendam reliquimus partem commentationis de Euripidis res ad extremam hominis sortem spectantes tractandi ratione, ea, quum peractis, quae ad vulgares de Orco fabulas sententiasque pertineant, in ipsius iam poetae persuasione versatura sit, initium capiat necesse est a sepulturae honore et reverentia mortuis debita. Quae res etiamsi a duobus aliis celeberrimis tragicis non omnino abest, immo in Sophoclis Antigona vel summam amplectitur fabulae, Euripides tamen in praedicanda illa tam multus ac fere nimius est, ut consilium poetae in ea facile deprehendas et multa inde ad cognoscendam temporis illius antiquitatem proficias, denique in causis et rationibus disserendis iam hic poetam intelligas a Clemente Alexandr. *) iure τὸν ἐπὶ τῆς σκηνῆς φιλόσοφον appellatum. Rem exempla suppeditabunt.

*) Strom. V, 10. §. 71, p. 688 P.

8 SEP 1896 411k 37

Polydori, infelicis Hecubae filii, a Polymestore trucidati et in mare proiecti umbra corpus in ora iacens deserere prohibita conqueritur, quod sibi nec sepulcrum nec lacrimae contigerint (Hec. 28) et exorato a diis inferis sepulturae honore (ib. 49) matrem somnio excitat (ib. 54), ut ab erroribus requiescat. Achilles suo in tumulto Graecis apparens Polyxenam sibi immolandam exposcit (ibid. 37). Parandis et conficiendis his duobus mortuorum honoribus tota fere fabula Hecuba continetur. Atque hoc poscere iustitiam, poscere civitatis salutem multis verbis exponit Ulysses (ib. 300 sq.):

*οὔκουν τόδ' αἰσχρόν, εἰ βλέποντι μὲν φίλω
χρώμεσθ', ἐπεὶ δ' ἄπεισι, μὴ χρώμεσθ' ἔτι;*

(ib. 308) et

*πότερα μαχοῦμεθ', ἢ φιλοψυχίσομεν,
τὸν καταθρόνθ' ὄρωντες οὐ τιμώμενον;
καὶ μὴν ἔμοιγε ζῶντι μὲν καθ' ἡμέραν,
καὶ σμίξ' ἔχοιμι, πάντ' ἂν ἀρκούντως ἔχοι
τύμβον δὲ βουλομένην ἂν ἀξιούμενον
τὸν ἐμὸν ὀρεῖσθαι διὰ μακροῦ γὰρ ἢ χάρις.*

(ib. 312 sq.) Polyxena in Achillis tumulto generose vita defuncta honoratur ab adstantibus Graecis, aliis folia ei iniicientibus, aliis truncis pineis rogam exstruentibus, compellante alio alium otiosum:

*ἔστηκας, ᾧ κάκιστε, τῆ νεάνιδι
οὐ πέπλον οὐδὲ κόσμον ἐν χερσὶν ἔχων;
οὐκ εἶ τι δώσων τῆ περισσ' εὐκαρδίᾳ
ψυχὴν τ' ἀρίστη;*

(ib. 565 sq.). Quibus tamen ut rudis plebeculae animi documentis spretis misera mater Hecuba filiae sibi cadaver exposcit, ut vase aqua marina impleto lavet ac deinde exponat (ὡς παῖδα λούτροις

τοῖς πανυστάτοις ἐμὴν — λούσω προθαῶμαι τ', ib. 606), ornamentis a captivis mulieribus adscitis, si quae Graecos celantes ex pristina domorum opulentia servaverint (ib. 610). Quod contra praecipuo Polymestoris scelere tribuitur ab Hecuba, quod sceleste et invitis diis inferis pariter ac superis Polydorum insepultum in mare proiecerit (ib. 773). In Phoenissis Eteocles Creonti mandat, ne frater Poly-nices Thebana in terra sepeliatur (776), quippe patriae hostis (1630), negante tamen Antigona iussa sequi (1657 sq.), quippe arcere mortuos sepultura nihil sit nisi in mortuos superbire (1663), atque peccato Polynice moriente, ut tantillum sibi contingat terrae patriae mortuo (1446). Menoeceum contra, qui voluntariam pro patria mortem obierat, Iocaste mater lotura et expositura inducitur:

*τοῖς γὰρ θανοῦσι χρεὴ τὸν οὐ τεθνηκότα
τιμὰς δίδοντα χθόνιον εὐσεβεῖν θεόν.*

(ibid. 1320).

Aqua perenni ex fonte hausta (*πηγαῖος χέρονιψ*) et coma decisa in domus porta apposita et pectoris ictus signa sunt recens in domo aliqua mortui (Alcest. 98 sq.), coma decisa et vestis pulla signa planctus et tristitiae caris mortuis sacrae (ibid. 216). Atque his ipsis (*χοροῦ ξυρήκει καὶ μελαμπέλω στολῆ*) plangere Alcestidem Admetus omnes Thessalos iubet totum per annum, et vel equorum qui quadrigis quique singulis equis vehuntur mandat decidere iubam, et tiliarum lyraeque sonos per idem tempus silere (*σελήνας δάδεξ' ἐκκληρουμένας*. *) οὐ γὰρ τιν' ἄλλον φίλτερον θάψω νεκρὸν [τοῦδ', οὐδ' ἀμείνον' εἰς ἐμέ, ibid. 439 sq.). Effertur mortua, dum chorus

*) Mortuos lugere apud Lacedaemonios duodecim per dies, Argis et Athenis unius mensis spatium, alibi non ultra quatuor quinqueve menses moris erat. V. C. F. Hermann Antiquit. Gr. priv. §. 39 fin.

alternatim paeanem canere iubetur (*τῷ κάτωθεν ἀσπόνδῳ θεῷ*, ib. 437), servorum manibus elevata ad sepulcrum et rogam (623), comitante patre cum servis ornamenta sepulcralia ferentibus (*νεκρῶν ἀγάλματα*, ib. 628). Carorum autem mortuorum tumulus quantum valuerit, egregie monstrant chori vota ac preces (ib. 1007). Alcestidis sepulcrum ne valeat instar tumuli vulgarium defunctorum, sed pari cum diis honore fruatur viatorumque veneratione, ut si quis semitam ad illud ducentem ingressus fuerit, haec dicat: „ista pro coniuge mortua nunc beata est diva (*μάκαιρα δαίμων*), vale, venerabilis anima, nobisque fave (*εὖ δὲ δοίης*).“

Orestes exul Tauris mortem oppetiturus amicum Pyladem per dextram obsecrat, ut patria in terra tumulum sibi struat et monumentum imponat, atque soror Electra comam et lacrimas sepulcro suo devoteat (Iph. T. 683).

Helena, ut ex Aegypto in patriam aufugiat, Menelaum mari mortuum undisque abreptum fingens, cum hoc ipso dolum machinata Theoclymeno persuadet, ut sese navi altum petere ibique ornamenta sepulcralia in honorem defuncti mariti undis proicere sinat (Hel. 1062); sic poscere Graecorum morem, si quis mari mortuus esset, sic mari mortuos sepeliri, quatenus res familiaris cuique suppeditet: scilicet ut sacrificium caeso animali diis inferis offeratur, tum lectus vacuus et arma aenea floresque terrae pulcherrimi praesto sint, atque haec omnia in altum devecta procul a terra in mare deiciantur, ne undae cadaver eiiciant (ib. 1252—71). Quibus expositis Menelaus addit: *ἐν εὐσεβεῖ γούν, νόμιμα μὴ κλέπτειν νεκρῶν*. Eratque hoc genus *κενοῦ τάφου* et *τοῦ κενοταφεῖν* (ib. 1057, 1060, 1546).

In funestis belli Troici eventibus Cassandra (Troad. 378) recenset, quod qui Graecorum ad Troiam ceciderint *οὐ παῖδας εἶδον, οὐ*

δάμαρτος ἐν χεροῖν | πέπλοις συνεστάλησαν, ἐν ξένη δὲ γῆ κεῖνται, domi autem superstites *ἄπαιδες* — *οὐδὲ πρὸς τάφους | ἔσθ' ὅστις αὐτοῖς αἶμα γῆ δωρήσεται* (ib. 384), et mulierum Troianarum chorus luget, maritos mortuos insepultos illotosque errare (*ὦ φίλος, ὦ πόσι μοι, | σὺ μὲν φθίμενος ἀλαίνεις | ἄθαπτος, ἄνυδρος*: ib. 1073). Sed nihil pulchrius cogitari potest, quod huc pertineat, quam illa descriptio * sepulturae Astyanactis, Hectoris filii, quem turri deiectum Graeci Troia capta occiderant, exeunte fab. Troad. inde a v. 1110. Afferitur eius cadaver misere laceratum et Talhybius, Graecorum praeco, matrem eius Andromacham cum Neoptolemo nuntiat iam abiisse (*πάτραν τ' ἀναστένουσαν καὶ τὸν Ἐκτορος τύμβον προσενέπουσαν*: 1121), traditque ex eius mandato Hectoris scutum, in quo pro cedrino loculo, pro marmoreis parietibus filius componatur Astyanax et Hecubae brachiis veste ferali amictus, coronisque, quales praesens permittat condicio, ornatus sepeliatur, cui a se iam Scamandri aquis loto et vulnerum squalore purgato ipse Talhybius tumulum erigere in eoque lanceam defigere vult. Sequitur iam Hecubae ad opus mandatum accedentis oratio, eximiis affectibus plena et pulcherrimis, quae in antiqua tragoedia leguntur, annumeranda, Astyanactis et scuti Hectoris visu excitata, cuius haec quidem digna sunt, quae hic afferantur:

*ὦ πολλὰ κόμπους ἔχβαλον φίλον στόμα,
ὄλωλας, ἐψεύσω μ', ὅτ' ἐσπίπτων πέπλους,
ἂ μῆτερ, ἠΰδας, ἢ πολὺν σοι βοστρύχων
πλόκαμον κερῶμαι . . .*

(vs. 1170 sq.). Iam exornatum Phrygiis vestibus cadaver et in scuto Hectoris corona cincto depositum (1210) inter planctus proprios et chori terrae tradi Hecuba iubet (*ἔχει γὰρ, οἷα δεῖ γε, νεοτέρων στέφη*

1236), aequo animo ferens sepulturam pauperem et a regio apparatu et dignitate alienam. Mortuorum enim talia non interesse:

δοκῶ δὲ τοῖς θανοῦσι διαφέρειν βραχύ,
εἰ πλουσίων τις τεύξεται περισιμάτων.
κενὸν δὲ γὰρ ὧμ' ἐστὶ τῶν ζώντων τόδε.

(ib. 1236 sq.)*)

Orestes in patriam redux ex Electra, fratrem nondum agnoscente, quaerit, utrum pater misere mortuus sepulcri compos sit factus, illaque respondet: ἔκυσεν ὡς ἔκυσεν ἐκβληθεὶς δόμων (Electr. 287), atque in praesentium malorum recensu potissimum numerat, quod *Ἀγαμέμνωνος δὲ τύμβος ἠτιμασμένος, | οὐ πάποτε χοῆς, οὐδὲ κλῶνα μυστίνης | ἔλαβε, πυχὰ δὲ χέρσος ἀγλαῖσμάτων* (ib. 321 sq.). Nihilominus eadem traditum sibi cadaver Aegisthi invisissimi negat feris aut avibus esse rapinam proiiciendum (ib. 900 sq.), sed suadenti illud Oresti respondet; νεκροὺς ὑβρίζειν μὴ μέ τις φθόνῳ βάλῃ (ib. 906), et matrem modo occisam veste tegit (*φίλαν τε κοῦ φίλαν* |

*) Similem sententiam Euripides protulit in perd. fab. Polyidi fragm. 12 (Nr. 638 Wag.):

ἀνθρώπων δὲ μαίρονται φρένες,
δαπάνας ὅταν θανοῦσι πέμπωσι κενάς,
quo fragmento sicuti proxime ibidem praecedenti
μάτην γὰρ οἶκῳ σὸν τόδ' ἐκβαίῃ τέλος

nescio quis dehortatus esse videtur Minoem, ne tantum sumptum in filii Glauci sepulcrum impendat, quippe cuius mortuo nullus sit usus. Cf. Wagner l. c. et Matth. in collect. Eurip. fragm. Atque sepulcrum quidem Glauci Minoem non modo satis amplum et magnificentum exstruxisse, sed id ipsum quovis apparatu regio exornasse, intelligitur eiusdem fab. fragm. 9 et 10 (Nr. 635 et 636 W.) et locis ibi a Wagnero allatis. Ceterum Minoem, cum filium sepulcro condi iuberet, ne tibi caneretur interdixisse testatur Plut. de sanit. praecept. 19 (p. 132 F.). Cf. Sueton. Tib. 70, qui Tiberium narrat, quo primum die, post excessum Augusti, curiam intrasset, quasi pietati simul ac religioni satisfacturum, Minois exemplo, thure quidem ac vino, verum sine tibicine supplicasse, ut illum olim in morte filii.

φάρσα σὲ γ' ἀμφιβάλλομεν: ib. 1228 et 1231); illum denique Dioscuri, extrema fabula apparentes, ab Argivis sepultum iri praedicunt, Clytaemnestram a Menelao et Helena mox reversuris (ib. 1277 et 1279).

Imprimis vero in hac mortuorum sepulturae lege ac debito Supplicum fabula tota versatur. Etenim iacentibus ad Thebas insepultis septem Argivorum ducibus, eorum matres et filii Adrasto duce supplices ad Cereris et Proserpinae templum Eleusinium confugiunt, Thesei auxilium contra Thebanos implorantes, qui mortuorum cadavera petentibus denegarint, idque νόμιμ' ἀτίζοντες θεῶν (Suppl. 19). τὰ γὰρ φθιτῶν, chorus ait, miseram insepultorum sortem lugubri cantico conquerens, τοῖς ὀρώσι κόσμος (ib. 77). Atque Aethra, Thesei mater, filium pro supplicibus deorum primum admonet (*πρῶτα μὲν τὰ τῶν θεῶν | σκοπεῖν κελεύω, μὴ σφαλῆς ἀτιμάσας· | σφαλεῖ γὰρ ἐν τούτῳ μόνῳ, τᾶλλ' εὖ φρονῶν*: ib. 299 sq.), eumque adhortatur, ut Thebanorum violentiam (*ἄνδρας βιαίους καὶ κατείροντας νεκροὺς | τάφου τε μοίρας καὶ περισιμάτων λαχεῖν | — νόμιμά τε πάσης συγγέοντας Ἑλλάδος**) coerceat eosque ad iuste agendum cogat (ib. 306 sq.). Et chorus eiusmodi pium conamen pulcherrimum urbium decus et sempiterna gratia dignum dicit (*καλὸν δ' ἄγαλμα πόλεσιν, εὐσεβῆς πόνος, | χάριν τ' ἔχει τὰν ἔσαιε* ib. 371), atque Minervae urbem, iustitia et humanitate claram advocat, ne leges humanas violari patiatur (*νόμους βροτῶν μὴ μαίνειν*, ib. 376). Re comperia Theseus praeconi, qui Thebis advenerat, sententiam suam exponit, velle se mortuos sepelire, τὸν Πανελλήνων νόμον | σώζων (ib. 526, cf. 673); Thebani satis haberent, quod egregie contra Argivos pugnassent, illis mortuis turpe esse, si iure suo privarentur,

*) Cf. praeconis Atheniensis ad Thebanos verba: ἔχομεν νεκροὺς μέτα | θάψαι θέλοντες, τὸν Πανελλήνων νόμον σώζοντες ib. 672 sq.

ergo Thebani ne impediunt, quominus mortui in terra condantur. Sed causam etiam, cur ita agendum sit addit, ita ut philosophum rursus poetam agnoscas. Sic enim Theseus (ib. 531 sq.):

ἔασατ' ἤδη γῆ καλυφθῆναι νεκρούς.
 ὄθεν δ' ἕκαστον ἐς τὸ σῶμ' ἀφίετο,
 ἐνταῦθ' ἀπῆλθε, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,
 τὸ σῶμα δ' ἐς γῆν οὔτι γὰρ κεκλήμεθα
 ἡμέτερον αὐτὸ, πλὴν ἐνοικῆσαι βίον,
 κῆρυκα τὴν θρόεψαν αὐτὸ δεῖ λαβεῖν.

Memorabilis profecto sententia, quod quidem tragoediam attinet, et de qua, utpote ex intima poetae persuasione profecta, infra plura erunt dicenda, homo quum duabus partibus constet, animo et corpore, et illo quidem aetherae, hoc terrestri naturae, morte has partes dissolvi, adeoque corpus terrae reddatur necesse esse, unde provenerit; non nostri enim iuris esse nisi quamdiu vivamus animusque cum eo coniunctus sit. Affert et aliam, ex civili sapientia petitam causam, cur mortuis, qui bello quidem ceciderint, sepultura ac honos debeatur:

πάσης Ἑλλάδος κοινὸν τόδε,
 εἰ τοὺς θάνοντας νοσφίσας, ὦν χροὴν λαχεῖν,
 ἀτάφους τις ἔξει· δειλίαν γὰρ εἰσφέρειν
 τοῖς ἀγκίμοισιν, οὔτος ἦν τεθῆ νόμος.

(ib. 538). Itaque toti Graeciae damno futurum, si bello mortui sepultura arceantur; fortibus enim inde ignaviam exstituram. Insepulti enim ex vulgari opinione aditu inferorum arcebantur, praeterea ipso sepulturae honore merita factorum gloria, magnum mortis solatium, continebatur. Tum vero irae post mortem continuatae vanitatem ex mutabili et caduca mortalium fortuna demonstrat:

ἀλλ', ἂ μάταιοι, γνῶτε τὰνθρώπων κακά·
 πάλαισμαθ' ἡμῶν ἐ βίος, εὐτυχοῦσι δὲ

οἱ μὲν τάχ', οἱ δ' εἰσαῦθις, οἱ δ' ἤδη βροτῶν.
 τρυφῆ δ' ὁ δαίμων — γνέντας οὖν χρεῶν τόδε,
 ἀδικουμένους τε μέτρια, μὴ θυμῷ φέρειν,
 ἀδικεῖν δε τοιαῦθ', οἷα μὴ βλάψαι πάλιν.

(ib. 549—557). Denique monet Thebanos, ne sibi pietatem exercere volenti (τοῖς θέλουσιν εὐσεβεῖν) resistent. Veterem enim istam esse deorum legem (νόμος παλαιὸς δαιμόνων), quae ne obsolescat, sibi et Pandionis urbi esse commissum. Tum victoria de Thebanis reportata advectisque et lugubri carmine a choro consalutatis cadaveribus Theseus Capaneo, cuius virtutem, frugalitatem et temperantiam Adrastus laudibus extulerat (860 sq.), ut sacro mortuo (ἱερὸν ὡς νεκρόν), quippe Iovis fulmine caeso, singulare sepulcrum dari iubet, reliquos omnes uno rogo imponi (935 sq.). Iam cadavera dum apportantur, matres sortem suam deplorant, quibus nulla filiorum domestica in posterum monumenta restent nisi comae decisae (πένθιμοι κορυφαί) et crinium coronae, libationes (λοιβαί τε νεκίων φθιμένων) et cantus lugubres cum lacrimis continuo pectus irrigantibus (972 sq.).

Denique quanta fuerit legis de mortuorum sepultura sanctitas, quanta vel apud deos reverentia, in Heraclidarum fabulae parte extrema poeta persecutus est, qua simul ut praecedenti illa Atheniensium hac in re humanitatem pietatemque celebravit. Etenim Eurystheus quum Herculis posteros, qui cum Alcmena, Hyllo et Iolao ducibus, in Atticam confugerant, Atheniensium civitatem bello petisset, commisso proelio ab Iolao vivus capitur (Heracl. 854) atque ad Alcmenam ducitur, quae veteri odio incensa nil citius agit, quam ut hostem sibi invisissimum miserrima morte perdat (954: δεῖ σε κατθανεῖν κακῶς. [καὶ κροδανεῖς ἅπαντα χροὴν γὰρ οὐχ ἅπαξ ἰθνήσκειν σε, πολλὰ πήματ' ἐξερογασμένον]). Illicitum hoc declarat Atheniensium praeco et

contra voluntatem Atticae regum. Nefas enim esse occidere eum, quem vivum pugna ceperint (οὐχ ὄντιν' ἄν γε ζῶνθ' ἔλωσιν ἐν μάχῃ | καλὸν κτανεῖν: 960). Tamen Alcmena sibi non temperaturam se esse profitetur, quin eum occidat et iustam poenam ab eo exigat (τὸ δ' ἔργον τοῦτ' ἐμοὶ πεπράξεται: 975). Iam Eurystheus, ratione sua agendi contra Herculem eiusque filios ex Iunonis instigatione comprobata, contendit: quum in pugna non sit occisus, quamvis volens, ex Graecorum lege piaculum in se contracturum esse, qui sese occiderit (οὐχ ἀγνός εἰμι τῷ κτανόντι κατθανών: 1006); ceterum mortem se non aegre laturum. Admonente choro, Atheniensibus civibus constante, ut urbi obediat, quae Eurystheum dimissum esse velit, Alcmena in occidendi quidem consilio perseverat, sed mortuum Atheniensibus reddere vult (τὸ γὰρ σῶμ' οὐκ ἀπιστήσω χθονί: | οὗτος δὲ δώσει τὴν δίκην θανών ἐμοί: 1019 sq.): Sic destinatam iam videns mortem Eurystheus compertum Apollinis oraculum Atheniensibus patefacit: mortuum se Athenienses sepulturos esse, ubi destinatum sit (οὗ το μόρσιμον), Pallenae ante portas Minervae, idque magno Atheniensibus bono, detrimento Heraclidis:

καὶ σοὶ *) μὲν εὖνους καὶ πόλει σωτήριος
μέτοιχος αἰεὶ κείσομαι κατὰ χθονός,
τοῖς τῶνδε **) δ' ἐχγόνοισι πολεμιάτατος,
ὅταν μὀλωσι δεῦρο σὺν πολλῇ χειρί,
χάριν προδόντες τήνδε τοιούτων ξένων
προὔστητε.

(1027 sq.). Quod ut eo magis ratum fiat, chorum iubet, ne libationes neve sanguinem in tumulo suo sinat effundi:

κακὸν γὰρ αὐτοῖς νόστον ἀντὶ τῶνδ' ἐγὰ

*) choro h. e. Atheniensibus. — **) Heraclidarum.

δάσω διπλοῦν δὲ κέρδος ἔξετ' ἐξ ἐμοῦ
ὑμᾶς τ' ὀνήσω, τοῖςδε τε βλάψω θανάων.

(ib. 1037 sq.). Laeta hoc responso Alcmena, quum ipse mortem suam in posterum salutem Athenis allaturam professus sit, abduci Eurystheum et occidi, occisum canibus proiici iubet.

Ex his autem, quae ultimo loco allata sunt, patet vis negatae aut non ex more observatae sepulturae. Namque ipse Eurystheus vetat sibi mortuo libationes et inferias offerri, quo magis Atheniensibus utilitati, Heraclidarum posteris autem detrimento futurus sit. Scilicet ita in perpetuum mansura est ira Manium Eurysthei contra illos, indeque eo maius Atheniensium munimentum contra Heraclidarum impetus aliquando futuros. Atheniensibus Eurystheus et post mortem propensus manebit, quod sua in terra eum sepulturi sint, Heraclidis infensus, quamdiu nullum violati mortuorum iuris piaculum expleverint.

Ceterum cuique haec legenti persuasum erit, totam hanc fabulam a poeta inventam esse in gratiam Atheniensium, utque Peloponnesii ab expeditione in Atticam suscepta arcerentur, praeterea tangere rationem, quae tum Argivos inter et Athenienses intercedebat. Eurysthei persona idem hic valet atque Oedipi Colonei apud Sophoclem. Atque idem dicendum est de Supplicibus in simili, ut supra vidimus, argumento versantibus, nisi quod hae ad Thebanos eorumque hostilem in Athenienses animum, qualem bello Peloponnesiaco ostenderunt, pertinent, simulque Argivos memoria summi beneficii in maiores eorum quondam collati a Spartanorum partibus cohibere conantur. *)

*) Cf. Boeckh. de Gr. trag. princ. p. 190: „Itaque conicio actam tragoediam (Heraclid.) Ol. XC, 3, quum rupto foedere Argivi pacem cum Laconibus facerent, Atheniensibus autem bellum inferrent, efficientibus optimatibus (Thucyd. V, 76 sq.), qui ipsi in Heraclidis Euripid.

Atque si multus ac fere nimius est poeta in hoc sepulturae argumento, huius rei haud minima causa fuit haud dubie in belli atrocissimi ratione, quo animorum exacerbatio ad deneganda vel etiam ea, quae summa pietate et humanitate praecepta erant, facile excitabat, veluti post pugnam ad Oropum Ol. LXXXIX, 1 inter Thebanos et Athenienses commissa, Athenienses occisorum cadavera frustra a Thebanis expetite eaque per septendecim dies iacuisse Thucydides retulit (IV, 99 coll. IV, 101). *)

Debat autem poeta suae aetatis hominibus rem non religione sola et usu sacro commendare, videlicet deorum inferorum cultu, in quorum dicionem mortui transiisse censebantur (quo pertinent loci p. 5 et 6 allati), sed rationis etiam argumentis comprobare, ex quibus duo, alterum philosophicum, alterum civile supra (p. 10) cognovimus, tertium, morale, suppeditat Antigoniae fragm. 2. (Nr. 160 ed. fragm. Wagn.), quo sepulturam inepte negari Euripides natura mortis demonstrat:

*θάνατος γὰρ ἀνθρώποισι νεκίων τέλος
ἔχει· τί γὰρ τοῦδ' ἐστὶ μῆζον ἐν βροτοῖς;*

iniuriam faciunt: anno tamen proximo, restituto Argis populari imperio, cum Atheniensibus in gratiam redeunt (Thuc. V. 82)⁴, atque p. 191: „Iam qui vel mediocriter poematum formam et indolem insinuare animo, et quid in iis simile, quid dissimile sit, dignoscere didicerit, is tres has fabulas, Supplices, Andromacham, Heraclidas, et idem sentiendi ac scribendi genus eundemque poeseos colorem referre, adeoque non multum diversis et temporibus et conditionibus scriptas esse, utpote quae rei publicae omnes inervirent, et quidem circa Argivos, Thebanos, Lacedaemonios versarentur, animadvertet.“ Non multum ab illo dissentit Bernhardy: Grundriss d. Gr. Litt. II, 2 (1859) p. 415 et p. 428, ubi etiam diversas aliorum sententias citatas invenies. Zirndorferus tamen (de chronol. fab. Eurip.) argumentis satis probabilibus Supplices quidem doctas monstravit Ol. LXXXIX, 4 (p. 49), contra Heraclidas Ol. LXXXVIII, 3 aut 4. a. 425 a. C., quattuor annis post Hippolytum (p. 33).

*) Eiusdem atrocitatis exempla historia Romanorum plura suppeditat. V. Liv. XXIX, 9 et Cic. Catil. IV. 6.

*τίς γὰρ πετραῖον σκόπελον οὐτάζων δορὶ
ὀδυναῖσι δάσει; τίς δ' ἀτιμάζων νέκυσ,
εἰ μηδὲν αἰσθάνονται τῶν παθημάτων;*

Cum hoc sepulturae officio arctissime cohaerent libationes (χοαί, lacte, melle et vino mixtae) in mortuorum tumulis postmodum offerri solitae simul cum aliis donis, imprimis comae cinnis. Quales offerre Electram Helena iubet in sororis Clytaemnestrae tumulo (χομης ἀπαρχὰς καὶ χοὰς φέρουσ' ἐμάς, Orest. 96), illaque negante Hermionam addita prece ad sepulcrum effundenda:

*ἔλθοῦσα δ' ἀμφὶ τὸν Κλυταιμνήστρας τάφον
μελίχρατ' ἄφρες γάλακτος οἰνωπόν τ' ἄχνην,
καὶ σταῖσά γ' ἐπ' ἄκρου χώματος λέξον τάδε·
Ἐλένη δ' ἀδελφῆ ταῖσδε δωρεῖται χοαῖς.*

εὐμενῆ δ' ἀνωγέ νιν

*ἐμοὶ τε καὶ σοὶ καὶ πόσει γνώμην ἔχειν
τοῖν τ' ἀθλοῖν τοῖνδ', οὓς ἀπάλεσεν θεός. *)
ἃ δ' εἰς ἀδελφῆν καιρὸς ἐκπονεῖν ἐμὲ,
ἅπανθ' ὑπισχνοῦ νεοτέρων δωρήματα.*

(Orest. 114 sq.). Unde etiam liquet gratas esse habitas eiusmodi inferias manibus mortuorum et acceptas, ut benigno animo ferentes vivos prosequerentur. Idque et *στέφειν τὸν τάφον* et *σπένδειν νεοτέρων χοὰς* vocatur (ib. 1306). Inter cetera dona, quae l. supra c. (123) memorantur, sunt vestes purpureae (*φάρια πορφύρεα, δῶρα Κλυταιμνήστρα* ib. 1418), quibus texendis Helena est occupata. **) —

*) Orestem et Electram intelligit.

**) Similia apud Romanos. V. Tacit. Annal. III. 2 in descriptione funeris Germanici: „atque ubi colonias transgrederentur, atrata plebes, trabeati equites, pro opibus loci vestem, odores aliaque funerum solennia eremabant.“

Iason occisos a Medea filios sepelire ac lugere vult. Negat Medea, ipsamque se propria manu eos sepulturam esse profiteretur in nemore Iunonis Corinthiae, ne quis hostium sepulcra eorum superbia vastet, atque in eorum honorem in posterum sacra solennia initiaque (*σεμνήν ἐορτήν καὶ τέλη*) se instituturam praedicat (Med. 1367 sq.: *ἀντὶ τοῦδε δυσσεβοῦς φόνου*). Et Hippolyto immerito morienti Diana praemium malorum, quae in vita perpessus sit, summos post mortem pollicetur honores Troezenae; virgines enim ante nuptias comam in eius memoriam decisuras esse summo cum luctu, semperque virginum cantu eum celebratum iri (*αἰεὶ δὲ μουσοποιὸς ἔς σε παρθένων ἴσταί μερίμνα*) ac nunquam Phaedrae erga eum amorem silentio obrutum iri (Hippol. 1413 sq.). Quibus convenienter chorus Hippolyti mortem deplorans haec exeunte fabula addit:

*τῶν γὰρ μεγάλων ἀξιοπενθεῖς
φῆμαι μᾶλλον κατέχουσιν.*

Iphigenia Tauris, excitata sibi somnio memoria fratris, eumque iam vita defunctum ducens et deplorans quum ad tumulum eius comam et lacrimas consecrare non possit, libationes ei ex cratere (*κρατῆρά τε τῶν φθιμένων*) in terram profundit, ex triplici illa materia mixtas (*πηγὰς τ' οὐρείων ἐκ μύσχων | βάζχον τ' οἰνήρας λειβάς, | ξουθᾶν τε πόννημα μελισσᾶν, | ἂ νεκροῖς θελκτῆρια κέται — λειβᾶν Ἄιδα*: Iphig Taur. 156—170), easque ut benigne excipiat, precatur. — Helena ut illicitum matrimonium evitet, ad Protei sepulcrum (*μνήμα*) confugit supplex, certum ibi refugium inventura (Hel. 64). Sepulcra vel pari reverentia ac templa aestimanda Neptuni verbis docetur Troad. 95 sq.:

*μῶρος δὲ θνητῶν ἔστις ἐμπορθεῖ πόλεις·
ναοὺς τε τύμβους θ', ἱερὰ τῶν κεκμηκότων,
ἐρημία δούς, αὐτὸς ἄλλεθ' ἔστειρον.*

In Electra fabula senex, Agamemnonis quondam nutritor, dum ad huius tumulum de via deflectens flexis genibus lacrimas effundit, libat et sepulcro eius myrteos surculos imponit, in rogo nigram ovem mactatam eiusque sanguinem modo effusum ac decisos comae cinnos animadvertit, quae omnia ab Oreste, nondum cognito, clam in patris honorem oblata erant (El. 505 sq.). Herculi autem Theseus Athenis domicilium offerens et vivum eum pollicetur illic aestimatum iri et mortuum, si quidem ad inferos descenderit, vel sacrificiis et lapideis monumentis (utpote heroem summis meritis insignem) honoratum (Herc. fur. 1300 sq.).

Quae omnia quantum apud Graecos insignium mortuorum memoria et honor valuerint dum monstrant, simul quantum inde paulatim sacer heroum cultus incrementi ceperit, explicando inserviunt.

Inter has heroum inferias antiquitus humanae etiam hostiae memorantur, quarum apud Euripidem unicum exemplum est Polyxenae immolatio in tumulo Achilleo ad Troiam perfecta, cuius ratio accurate describitur in Hecuba fab. vs. 515 sq. Adducta selectis ab iuvenibus ad tumulum virgine in eoque summo constituta, adstante universo Graecorum exercitu, Neoptolemus, Achillis filius, aureum poculum plenum manibus tenens, primum libationes facit mortuo patri, tum silentio per praeconem indicto, eundem precatur, ut gustato sanguine puro, quem sibi exercitus offerat, prosperum ei reditum in patriam paret:

*δέξαι χάς μοι τὰςδε κηλητηρίους,
νεκρῶν ἀγωγούς· ἔλθε δ', ὡς πῆγς μέλαν*
3

κόρης ἀκραιφνὲς αἰμὶ, ὃ σοι δωρούμεθα
στρατός τε κἀγὼ πρηνεμένης δ' ὑμῖν γενοῦ,
λύσαι τε πρύμνας καὶ χαλινωτήρια
νεῶν δὸς ἡμῖν, πρηνεμενοῦς τ' ἀπ' Ἰλίου
νόστου τυχόντας πάντας ἐς πάτραν μολεῖν.

Res profecto abominabilis*) et a vera poetae persuasione haud dubie aliena, mortuorum animas sanguine humano allici et delectari. Sed antiquitas, ab Homero quippe et per cyclicos, traditam reicere noluit, utpote ad miserationis affectus excitandos accommodatam et describenda virginis generosa morte, qualem in simili argumento et Iphigeniae Aulidensis repraesentavit, egregiam atque generosis sensibus spectatorum animos elevantem.

Atque hoc ipso iam eo devenimus, ut quae de vita post mortem futura fuerit poetae persuasio, accuratius investigemus.

Mortuorum animas apud Euripidem hic illic Homericarum instar umbrarum aut εἰδώλων haberi, monstrat Orest. 1543 sq., ubi Oedipus coecus et undique miser, ab Antigona in lucem eductus, se dicit πόλιον αἰθέρος τ' ἀφανὲς εἰδῶλον, ἧ | νέκυν ἐνεργθεν, ἧ | πτανὸν ὄνειρον (Phoen. 1543), et Cresphontes de Hercule dicens: εἰ μὲν γὰρ οἰκῆ — νεοτέρας ὑπὸ χθονὸς | ἐν τοῖσιν οὐκέτ' οὔσιν, οὐδὲν ἄν σθένει (fragm. 451, Cresph. 1 ed. Wagn.). Unde miseram vitam agere existimantur. Quam ob rem Electra in suspiriis et lacrimis continuo vivens cum mortuis sese confert Or. 191 (ὀλόμεθ' ἰσονέζυες, ὀλόμεθα | σύ τε γὰρ ἐν νεκροῖς, τό τ' ἐμὸν οὔχεται | βίου τὸ πλέον μέρος ἐν στοναχαῖσι τε καὶ γόοισι | δάκρυσι τ' ἐννυχίοις), et Menelaus Orestem exmaceratam conspiciens „per deos, ait, τίνα δέδορκα νεοτέρων (ib. 374), sicuti Hecuba Troia capta senio et misera sorte

*) Expresse morem hunc Sophocles vituperantem induxit Herculem in Athamante.

oppressa de se: δειλαία νεκροῦ μορφα, | νεκῶν ἀμένηνον ἀγαλμα (Troad. 195). Sibi ut iam mortuo nullum gaudium esse ait Orestes, Pyladi valedicens (Or. 1077): χαῖρ' οὐ γὰρ ἡμῖν ἐστι τοῦτο, σοί γε μὴν. | οἱ γὰρ θανόντες χαρμάτων τηρώμεθα, — οὐδὲν ἔσθ' ὃ κατθανῶν (Alc. 393); et τοὺς ζῶντας εὖ δρᾶν· κατθανῶν δὲ πᾶς ἀνήρ | γῆ καὶ σιὰ· τὸ μηδὲν εἰς οὐδὲν ρέπει legitur Meleagri fragm. 20, Nr. 537 ed. Wagn. Unde πολυδάκρυτος Ἄιδης (Herc. fur. 422), unde vivorum de mortuis planctus, ut qui vitam nunquam sint recuperaturi: τοῦτο γὰρ μόνον βροτοῖς | οὔκ ἐστι τὰνάλωμ' ἀναλωθὲν λαβεῖν, | ψυχὴν βροτείαν, χαρμάτων δ' εἰσὶν πόροι (Suppl. 777). Etenim magna est hominibus vitae dulcedo nec mors nisi miseris exoptata: τερπνὸν τὸ φῶς μοι, ait Althaea haud dubie Meleagri fragm. 22 (539 W.), τὸ δ' ὑπὸ γῆς Ἄιδου σκότος | οὐδ' εἰς ὄνειρον οὐδεὶς ἀνθρώπους μολεῖν*), atque τὸ μὲν [γὰρ] ἐν φῶ (i. e. φωτι), τὸ δὲ κάτω σκότος κακόν (ib. 23 Nr. 540 W.), et Orestes Phrygium servum mori recusantem monet: δοῦλος ὢν φοβεῖ τὸν Ἄιδην, ὅς σ' ἀπαλλάξει κακῶν; (Or. 1515), ille vero respondet:

πᾶς ἀνήρ, κἄν δοῦλος ἦ τις, ἧδεταί τὸ φῶς ὀρῶν.

Medea capto iam filios occidendi consilio ad eosdem:

εὐδαιμονοῖτον, ἀλλ' ἐκεῖ (h. e. apud inferos),

τὰ δ' ἐνθάδε | πατήρ ἀφείλατ

(Med. 1062). Theseus Phaedra uxore sponte mortua in desperationem actus vel in Orcum eam sequi vult:

τὸ κατὰ γᾶς θέλω, τὸ κατὰ γᾶς κνέφας

*) alter fragm. huius v. misere corruptus, in quo corrigendo multum elaborarunt viri docti. Proxime ad verum accessisso videtur Th. Bergk. scribendo: οὐδ' ἄν ἐν ὄνειροις οὔτις ἀνθρώπος μόλοι. Fort. tamen: οὐδ' ἄν ἐν ὄνειροις ἡθὺ γ' ἀνθρώπους μολεῖν.

μειοκτεῖν σκότω θανῶν ὁ τλάμων,
τῆς σῆς στήρηθεις φιλιότης ὀμιλίας
(Hippol. 830), et Hippolytus iam iam moribundus optat:

εἶθε με κοιμάσειε τὸν δυσδαίμονα
Ἄιδου μέλαινα νύκτερός τ' ἀνάγκα.

(ib. 1377), et

καὶ μοι θάνατος παιὰν ἔλθοι

(ib. 1363).

Mortis enim natura et mores (τρόποι) sunt

ἐχθροὶ γε θνητοῖς καὶ θεοῖς συγχοῦμενοι

(Alc. 62). Inde illi morientium affectus ad miserationem compositi animique commotio, quibus vitae et luci et suis valedicunt, qualis est isque pulcherrimus Alcestidis sermo in cognom. fab. 250 sq.:
ἄλλιε καὶ φάος αἰέρας, | οὐράνιαί τε δῖναι | νεφελαῖς δρομαίου — γαῖά τε
καὶ μελάθρων στέγαι | νυμφίδιαι τε κοῖται πατρῷας Ἰωλκοῦ! — ὄρω
δίωπον, ἔρω, σκάφος — ἄγει μὲ τις — οὐχ ὄρας; — νεκίων ἐς
αὐλάν. — τέκνα, τέκν', οὐκ ἔτι δὴ μάτηρ | σφῶν ἔστιν· χαίροντες,
ἰώ! τέκνα τόδε φάος ὄρωτον.

Nihilominus vitae cupido superatur ac generose mortem oppetunt homines nec sine spe, aliam illic vitam esse se inventuros. Iphigenia sacrificio destinata flexis genibus supplex omnibusque affectibus ad miserationem compositis patrem obsecrat, ne se perdat immaturam (ἄωρον): ἡδὲ γὰρ τὸ φῶς | λείσσειν· τὰ δ' ἔπο γῆρ μὴ μ' ἰδεῖν ἀναγκάσης (Iphig. A. 1205 sq.). At eadem cognitum habens, qualia quantaque de morte sua pendeant, videlicet universae Graeciae dignatio, expeditionis eventus et Troiae excidium, vindictaque de Helenae rapta sumenda, ait (ib. 1360):

ταῦτα πάντα καταθανοῦσα ἴσομαι, καὶ μου κλέος

Ἑλλάδ' ὡς ἡλευθέρωσα, μακάριον γενήσεται.
καὶ γὰρ οὐδέ τοι λίαν ἐμὲ γε φιλοψυχεῖν χρεῶν.

Sua unius anima innumerabilibus vitam servatum iri (1369), denique:

θύετ', ἐκπορθεῖτε Τροίαν. ταῦτα γὰρ μνημεῖά μου
διὰ μακροῦ, καὶ παῖδες οὗτοι καὶ γάμοι καὶ δόξ' ἐμή.
βαρβάρων δ' Ἑλλήνας ἄρχειν εἰκός, ἀλλ' οὐ βαρβάρους,
μηῆτερ, Ἑλλήνων· τὸ μὲν γὰρ δοῦλον, οἱ δ' ἐλεύθεροι.

(ib. 1377). Patriam invocat, qua magna lux Graeciae oborta sit, se mori non recusante (ib. 1477), unde chorus sempiternam ei gloriam profecturam esse profitetur (1479). Iamque ultimum luci ac vitae valedicens, bonae spei plena aliam se vitam, aliam sortem inventuram exclamat:

ἕτερον, ἕτερον αἰῶνα καὶ μοῖραν οἰκήσομεν
χαῖρέ μοι, φίλον φάος.

Atque ut hic vita post mortem futura *ἕτερος αἰών*, sic alibi eadem alia vitae species vocatur, veluti Ion. 1065 sq. chorus Creusam mortem sibi illaturam suspicans ait: πάθεισι πάθει δ' ἔξανύτουσ' εἰς ἄλλας βιότου | μορφαῖς κάτεισιν.

Polyxenae simile exemplum Macaria praebet, Herculis filia, pro salute fratrum exulum in Attica morti se devovens. Hanc sibi pro liberis et pro iuvenili aetate praemium fore et ornamentum, simulque aerannarum certissimum remedium:

τάδ' ἀντὶ παιδῶν ἐστὶ μοι κειμήλια
καὶ παρθενείας, εἴ τι δὴ κατὰ χθονός.
εἴη γε μέντοι μηδέν! εἰ γὰρ ἔξομεν
κάκει μερίμνας οἱ θανοῦμενοι βροτῶν,

οὐκ οἶδ' ὅποι τις τρέψεται. τὸ γὰρ θανεῖν
κακῶν μέγιστον φάρμακον νομίζεται.

(Heraclid. 590 sq.)

Imprimis honesta mors, qualis est pro patria suscepta, praesenti vitae praeferenda ac verae vitae instar ducitur. Quo pertinet Erechthei fragm. 2 (351 W.):

ἐγὼ δὲ τοὺς καλῶς τεθνηκότας
ζῆν φημι μᾶλλον τοῦ βλέπειν τοὺς μὴ καλῶς.*)

Sed amore etiam mutuo et carorum suorum desiderio homines ruunt in mortem, veluti Menelaus in Helena fab., nisi Helenam domum sibi reportare contigerit Aegypto, mortem et sibi et uxori inferre constituit, atque ita Autonoe vati declarat, nec fratrem eius nec alium quemquam Helenam in matrimonium esse ducturum (ἀλλ' ἐγὼ σφ' ἀπάξομαι, | εἰ μὴ πρὸς οἴκουσ' δυνάμεθ', ἀλλὰ πρὸς νεκρούς, Hel. 989). Insignius eiusmodi amoris exemplum et notissimum est Alcestidis mors pro Admeto suscepta. Sed splendidissimum generosi ac mortem spernentis animi exemplum praebet Supplicibus fab. Eua dne, Capanei uxor, quae quidem sublimi rupe insistens in rogum ardentem Capanei cadaveri comburendo destinatum desilire parat una cum coniuge interitura, ἐς Αἶδαν καταλύσουσ' | ἔμμοχθον | βίον αἰῶνός τε πόνους· | ἡδιστος γὰρ τοι θάνατος | συνθνήσκειν θνήσκουσι φίλοις, | εἰ δαίμων τάδε δὴ κραίνοι (Suppl. 106 sq.), πηθήσασα πρὸς ἔσω | σαμὰ τ' αἴθοπι φλογμῷ | πόσει συμμιξασα φίλον, | χρωῖα χρωτὶ πέλας θεμένα | Περσεφονείας [ἦξω] θαλάμους, | σὲ τὸν θανόντ' οὔ ποτ' ἐμᾶ | προδοῖσα

*) In quibus quum corruptela manifesto insit, Salmas. τοῦ βλέποντος (melius fort: τοῦ βλέποντας), iure tamen dubitante Matth., utrum καλῶς βλέπειν honeste vivere dici possit. Quam ob rem Wagner. τοῦ βιοῦντος coniecit, Nauck. ζῆν φημι, φημι δ' οὐ βλέπειν τοὺς μὴ καλῶς. Verum tamen videtur τοῦ βλέπειν τοὺς μὴ καλούς. Opponitur τῷ ζῆν τὸ βλέπειν. Honestè moriens vivit, οἱ μὴ καλοὶ non vivunt nisi quod visu gaudent.

ψυχῆ κατὰ γᾶς (ib. 1020 sq.), atque iam in flammis desiliens ad patrem Iphim adstantem ait:

καὶ δὴ παρῆται σῶμα, σοὶ μὲν οὐ φίλον,
ἡμῶν δὲ καὶ τῷ συμπορομένῳ πόσει.

(ib. 1074).

Verum hi quidem omnes aut vitae odio aut gloriae cupidine aut generoso animi sensu aut suorum desiderio mortem oppetere videri possint, nec tamen spe ducti vitae post etiam sibi mansurae. Quamquam Iphigeniam iam cognovimus relicta hac novam et aliam vitam esse se inventuram sperare. Quod si in ceteris exemplis desideratur alia luculenter suppeditant, esse mortuis apud inferos et sensum et rerum praeteritarum memoriam atque vim et cum hac vita aliquam coniunctionem et cum inter se tum cum diis inferorum gratum commercium. Exemplo sunt Polydorus (v. s. p. 4), Achilles, aureis armis indutus apparens (ibid.), cui immolandam Polyxenam suadente Ulysse decernunt Argivi, ne quis mortuorum Persephonam adiens dicat (μηδέ τιν' εἰπεῖν παρὰ Περσεφόνῃ | σιάντα φθιμένων), ingratos Danaos erga Danaos, qui mortem pro Graecis oppetierint, Troia esse profectos (Hec. 131 sq.). Polyxena ultimum matri Hecubae valedicens, quid seni Priamo dicat, interrogat, illa vero: ἄγγελλε πασῶν ἀθλιωτάτην ἐμέ, respondet (ib. 419 sq.). Atque dum sacrificatur, sponte et alacri animo (εὐχαρδίως) collum praebet, liberam se mori cupiens: ἐν νεκροῖσι γὰρ | δούλην κεκλήσθαι, βασιλῆς οὐδ', αἰσχύνομαι (ib. 542 sq.). Et Neoptolemus in tumultu patris Achillis eam sacrificaturus precatur, ut libationem ille excipiat adveniatque purum ut gustet virginis sanguinem, sibi et Graecis omnibus propensus (πρευμενής) fiat, et classi felicem in patriam reditum paret (ib. 529 sq.). Item Iphigenia Tauris Oresti, quem diu in Graecia mortuum putat, ut audienti

inferias offert: ὦ κατὰ γαίας Ἀγαμεμνόνιον | θάλος, ὡς φθιμένῳ τάδε
σοι πέμπω | δέξαι δ' (Iph. T. 165). Orestes Tyndareo caedem ma-
tris excusans, quid, ait, si scelus matris silentio collaudassem, quo-
modo pater mortuus hoc tulisset? (τί μ' ἂν ἔδρασ' ὁ κατθανών; |
οὐκ ἂν με μισῶν ἀνεχόρευ' Ἐρινύσιν; Orest. 569). Idem Menelaum
monet, ut sibi Agamemnonis animam praesentem ac superne volentem
audire haec fingat et dicere, quae ipse dicat (ib. 663), Pylademque
rogat, ut sese ducat ad tumultum patris precaturum, ut se conservet
(ib. 784 sq.). Utrique ad occidendam Helenam parati cum Electra
patrem vicissim, ut in Aeschyli Choephoris, precibus adeunt, ut sibi
auxilium ferat:

ὦ δῶμα ναίων νυκτὸς ὀρφναίας πάτερ,
καλεῖ σ' Ὀρέστης παῖς σὸς ἐπίκουρον μολεῖν
τοῖς δεομένοισιν etc.

(ib. 1018—1232). Idem ad vindictam de matre et Aegistho sumen-
dam eiusdem auxilium implorat, utque omnibus, qui cum eo ad Troiam
cecidierint, in societatem adscitis adveniat, rogat:

σύ τ', ὦ κατὰ γῆς ἀνοσίως οἰκῶν, πάτερ,
ἄμυν', ἄμυνε τοῖσδε φιλιότοις τέκνοις.
νῦν πάντα νεκρὸν ἔλθ' ἐ σύμμαχον λαβών,
οἴπερ γε σὺν σοὶ Φρύγας ἀνάλωσαν δορὶ,
χῶσοι στυγοῦσιν ἀνοσίους μιάστορας.
ἤκουσας, ὦ δειν' ἐξ ἐμῆς μητρὸς παθῶν;

ad quae Electra:

πάντ', οἶδ', ἀκούει τάδε πατήρ·

(El. 682 sq.), eademque scelestae matri modo occisae acerbè quasi
parentans νυμφεύσει, ait, κὰν Ἄιδου δόμοις, | ὧπερ ξυνηῦδες ἐν φάει
h. e. Aegistho (ib. 1148). Cassandra vates, Agamemnonis captiva,

futurae huius nec minus suae ipsius caedis a Clytaemnestra patran-
dae praescia, Talthybiūm praeconem impellit:

στιῆχ', ὅπως τάχιστ' ἐς Ἄιδου νυμφίῳ γημιώμεθα
(Troad. 447), ac matri patriaeque et mortuis patri fratribusque va-
ledicens, Troiam relictura mox sperat fore, ut cum his coniungatur,
sumpta de Atridis vindicta:

χαῖρέ μοι, μήτερο, δακρύσης μηδὲν, ὦ φίλη πατρίς,
οἱ τε γῆς ἐνερθ' ἀδελφοὶ χῶ τεκῶν ἡμᾶς πατήρ,
οὐ μακρὰν δέξεσθ' ἐμ' ἤξω δ' ἐς νεκροῦς νικηφόρος
καὶ δόμους πέρσασ' Ἀτρειδῶν, ἃν ἀπωλόμισθ' ἔπο.

(ib. 460). Andromache et Hecuba inter Troiae captae incendium
auxilio vocant illa Hectorem (σᾶς δάμαρτος ἄλλαρο), haec Priamum
(κοίμισαί μ' ἐς Ἄιδου, ib. 589). Atque Astyanactis, Hectoris filii,
turri a Graecis deiecti ac miserrime lacerati cadaver Hecuba instruens
aliis vulneribus se quidem ait mederi fasciis subligatis, aliis fore ut
pater medeatur in Orco:

τελαμῶσιν ἔλκη τὰ μὲν ἐγὼ σ' ἰάσομαι
τλήμων ἰατρὸς ὄνομ' ἔχουσα, τὰργα δ' οὐ·
τὰ δ' ἐν νεκροῖσι φροντιῆ πατήρ σέθεν.

(ib. 1223). Eadem et chorus alternis inter ipsum iam Troiae in-
cendium genibus flexis terram utraque manu percutientes (γεραιά τ'
εἰς πέδον τιθεῖσα μέλαια, | καὶ χερσὶ γαῖαν κροτοῦσα δισσαῖς) hic
coniuges illa liberos et Priamum Orco evocant:

ὦ τέκνα κλύετε, μάθετε ματρὸς αὐδάν

(ib. 1294), quamquam summo suo dolore Hecuba ad desperationem
acta postmodum exclamat:

ὦ Πρίαμε, Πρίαμε, σὺ μὲν δλόμενος
ἄταρος, ἄφιλος, ἄτας ἐμᾶς ἄιστος εἶ.

μέλας γὰρ ὅσσε κατακαλύπτει
θάνατος ὄσιον ἀνοσίοις σφαγαῖσιν.

(ib. 1304).

Argivorum, qui ad Thebas occisi erant, filii, combustis iam eorum cadaveribus, inter planctus et parentalia patres compellant: πάτερ, σὺ μὲν τῶν σῶν κλύεις τέκνων γόους (Suppl. 1130). In Herc. fur. Megara Herculem ex Orco, quo vivus descenderat, amissa iam spe fore ut vivus redeat, revocat, ut vel umbra auxilium ferat:

ὦ φίλτατ', εἰ τις φθόγγον εἰσακούσεται
θνητῶν παρ' Ἄιδῃ, σοὶ τὰδ', Ἡράκλειε, λέγω,
θνήσκει πατήρ σός καὶ τέκν', ὕλλυμαι δ' ἐγώ.

— — —
ἄρηξον, ἐλθέ, καὶ σιὰ φάνηθί μοι.

ἄλλῃς γὰρ ἐλθῶν ἱκανὸς ἂν γένοιο σὺ.

(Herc. f. 484 sq.). Medea Iasoni de occisis filiis quaerenti respondet: οἷδ' οὐκέτ' εἰσὶ. At ille: οἷδ' εἰσὶν, οἴμοι, σὴ κάρη μιάστορες (Med. 1360). Iolaus denique, Heraclidis a Demophonte, Thesei f., amice exceptis et promisso iisdem contra Eurystheum auxilio gratiam referens et vivum et mortuum sese collaudaturum eum esse coram Theseo apud inferos profitetur:

ἐγὼ δὲ καὶ ζῶν καὶ θανὼν, ἔταν θάνω *),
πολλῶ σ' ἐπαίνω Θήσεως, ἃ τῶν, πέλας,
ὑψηλὸν ἀρῶ, καὶ λέγων τὰδ' εὐφρανῶ,
ὡς εὖ τ' ἐδέξω καὶ τέκνοισιν ἤρκεσας

*) libri ἔταν θάνης. Correxerit Brodaeus et in textum recepit ἔταν θάνω Kirchhoffius, idque recte. Nihil enim est Demophontem, postquam mortuus fuerit, collaudatum iri, sed Iolaum, ubi mortuus fuerit, quod prius factum iri, quam Demophontis mortem, per se verisimile est, tum statim Theseo lactum nuntium de Demophonte allaturum, ratio postulat.

τοῖς Ἡρακλείοις, εὐγενῆς δ' ἂν Ἑλλάδα
σώζεις πατρίαν δόξαν, ἐξ ἐσθλαῶν δὲ φῦς
οὐδὲν κακίων τυγχάνεις γηγῶς πατρός,
παύρων μετ' ἄλλων.

(Heraclid. 320 sq.)

Atque ut hic animas mortuorum familiariter secum colloquentes poeta finxit, sic est etiam quaedam manium et deorum Orci familiaritas, veluti Alcestis mortua Persephona dicitur assidere (Ἄιδου νύμφα παρεδρεύειν: Alcest. 763), et Creusa filium Ionem ait putasse se cum Persephona vitam agere (ὄν κατὰ γᾶς ἐνέρων | χθόνιον μετὰ Περσεφόνας τ' ἐδόκουν ναίειν: Ion. 1440), et Ἄιδου ἐν δόμοις παιδεύεσθαι (ib. 953).*)

Non igitur misera, qualis apud Homerum est condicio inanium umbrarum (νεκίων ἀμένηνα κάρηνα), sors manium cogitatur. Bonis certe et illic praemia sunt quaedam virtutis, nec lacrimis tantum sed votis etiam futurae felicitatis suos prosequuntur qui remanent parentes liberive, coniuges et amici, veluti Alcestidi valedicens chorus ait: χαίρουσά μοι εἰν Ἄϊδα δόμοισι | τὸν ἀνάλιον οἶκον οἰζετεύοις. | ἴστω δ' Ἄϊδης ἐμελαγχχαίτας | θεῆς, | πολὺ δὴ, πολὺ δὴ γυναιξ' ἀρίστην | λιμνὰν Ἀχροντίαν πορεύσας (Alc. 450 sq.), et κοίρα σοι | χθῶν ἐπάνωθεν πέσοι, γύναι (ib. 477), et Pheres pater: χαῖρε, κἄν Ἄιδου δόμοις | εὖ σοι γένοιτο (ib. 642), denique iterum chorus:

ἃ γενναία | καὶ μέγ' ἀρίστα, χαῖρε' πρόφρων σε
χθονίός θ' Ἐρμῆς Ἄϊδης τε δέχοιτ'!

εἰ δέ τι κἀκεῖ πλεον ἔστ' ἀγαθοῖς,

*) Cf. quae supra p. 4 et p. 23 de Polydoro et Achille allata sunt.

τούτων μετέχουσ'

Ἴδου νύμφα παρεδρεύοις.

(ib. 758). Atque, ut praetereamus Admetum sortem coniugis mortuae feliciorum sua aestimantem (τῆς μὲν γὰρ οὐδὲν ἄλλος ἀμειψεταιί ποτε, | πολλῶν δὲ μόχθων ἐνκλεῆς ἐπαύσατο, ib. 958) et chori pios affectus (φίλα μὲν, ὅτ' ἦν γε μεθ' ἡμῶν, | φίλα δ' ἔτι καὶ θανοῦσα, ib. 999), ultima eodem vox chori vere magnifica pertinet, qua vel tumulum Alcestidis fore σέβας ἐμπόρων praedicit, et beatam deam (μάκαιραν δαίμονα) eam nuncupaturos esse praetereuntes, dicentes: Vale, venerabilis, nobisque fave! (χαῖρ', ᾧ πότνι, εὖ δὲ δοίης, ib. 1013 sq.). Menelaus cum Helena ad moriendum paratus, bona spe mortem appetit:

εἰ γὰρ εἰσιν οἱ θεοὶ σοφοί,
εὐψυχον ἄνδρα, πολεμίων θανόνθ' ὑπο,
κουφῆ καταμπίσχουσιν ἐν τύμβῳ χθονί,
κακούς δ' ὑφ' ἔρμα στερεὸν ἐκβάλλουσι γῆς.

(Hel. 851 sq.). Parentum reverentia praemium fert aequae in vita ac post mortem amorem deorum:

ὅστις δὲ τοὺς τεκόντας ἐν βίῳ σέβει,
ὅδ' ἐστὶ καὶ ζῶν καὶ θανῶν θεοῖς φίλος.

(Fragm. 885 ed. Wagn., incert. fab. 51), id quod referri non potest nisi ad gratiam divinam bonis post vitam superstitem. Namque carus diis si mortuus est, ipsum hoc experiri necesse est. Neque haec persuasio minui potest iis locis, in quibus honorum post mortem praemium magis in immortalis virtutis memoria et cultu, quo superstites eam prosequuntur, posita videtur, quales sane apud Euripidem multi et praeclari leguntur, hic tamen nunc omittendi.

Ceterum poenarum, maleficis post mortem luendarum, rara qui-

dem apud Euripidem mentio fit, quem in praedicandis bonorum praemiis largum modo invenimus, ut ea re ab Aeschylo imprimis differre videatur. Neque tamen haec iustitiae pars apud eum omnino desideratur. Est et apud inferos iuris quaedam vis ac reverentia. Eaque apparet primum in deorum Orci natura, quorum auxilium contra scelera imminetia advocatur. Veluti Hecubam chorus adire precibus iubet deos superos atque inferos (κήρυσσε θεοὺς τοὺς τ' Οὐρανίδας, τοὺς θ' ὑπὸ γαῖαν), ut ne privetur Polyxena filia (Hec. 143), Polydorus sceleste occisus et eiectus, sepulturae veniam a diis inferis deprecatur et impetrat (ib. 49), atque in Polymestoris, eius interfectoris, immani culpa Hecuba exhibet, quod ille ἀνοσιώτατος ξένος

οὔτε τοὺς γὰς νέρθεν, οὔτε τοὺς ἄνω
δείσας δέδρακεν ἔργον ἀνοσιώτατον,
κοινῆς τραπέζης πολλάκις τυχῶν (ἐμοὶ),
ξενίας τ' ἀρίθμῳ πρῶτα τῶν (ἐμῶν) φίλων.

(ib. 773). Aegisthi scelestum cum Clytaemnestra connubium diis quoque inferis invisum exprobrat Electra (Orest. 609), Menelaus ut sibi reddatur Helena, in Aegypto a Theoclymeno detenta, auxilium vatis implorat Theonoae per patris Protei memoriam et reverentiam, tum vero etiam Hadem invocat:

ᾧ νέριτερ' Ἴδου, καὶ σὲ σύμμαχον καλῶ,
ὅς πόλλ' ἐδέξω τῆςδ' ἔκατι (Helenam intelligit) σώματα,
πεσόντα τῶ μῶ φασγάνῳ, μισθὸν δ' ἔχεις.

(Hel. 969 sq.). Atque si natura quidem mites sunt et ad preces exsequendas propensi, ut Hercules Alcestidem ab iis expetiturum se et Orco reductam coniugi redditurum esse confidat (Alcest. 868), tamen malis non parem ac bonis sortem apud inferos esse patet, si bonis melior illic fructus promittitur (Alc. 758) et terra levis, malis

vero durum tegumentum (*κακὸς δ' ὑφ' ἔρμα στερεὸν ἐξβάλλουσι γῆς*: Hel. 851). Sed praestantissimum huius rei testimonium et ipsius haud dubie poetae persuasionem exprimens Theonoe pronuntiat, vates Aegyptia (Hel. 1010 sq.). Menelaum enim Helenam ex potestate Theoclymeni fratris sui exposcentem iusta petere et patrem Proteum mortuum, si viveret, iure Helenam redditurum fuisse agnoscens sic pergit:

*καὶ γὰρ τίσις τῶνδ' ἐστὶ τοῖς τε νεοτέροις,
καὶ τοῖς ἄνωθεν πᾶσιν ἀνθρώποις ὁ νοῦς
τῶν κατθανόντων ζῆ μὲν οὐ, γνώμην δ' ἔχει
ἀθάνατον, εἰς ἀθάνατον αἰθέρ' ἐμπεσών.*

Esse igitur, ait, apud mortuos quoque sicuti in hac vita supplicia iniuriarum (*τῶνδε*, qualis erat Theoclymeni, iniuste Helenam detinentis), animus enim mortuorum vitae quidem (scil. quali antea usus est) expers est, sed intelligentiae compos, ergo sensus etiam iusti et iniusti, postquam aeterno aetheri coniunctus fuerit.

Postrema haec, a Grotio egregie sic conversa:

anima post fati diem

iam non ut ante vivit: at sensus tamen

servat perennes, hospes aeterni aetheris

novae commentationis nostrae parti muniunt viam. Propria enim et philosophica iis continetur Euripidis sententia de animorum post mortem natura et indole. Quae materia occupata iam quidem a Valckenario*), quum nihilominus ad nos pertineat, summatim certe perstringenda nobis erit.

*) Diatribe Eurip. perditor. dram. reliqu. p. 45—57.

Sed haec atque reliqua eodem pertinentia et cum his arctissime cohaerentia nunc quidem ob angustiores fines huic commentationi praescriptos in posterum differenda sunt. Quae autem hic expositae sunt egregii poetae sententiae, eae utinam ad Vestra, Commilitones humanissimi, litterarum studia valeant excitanda et promovenda, quorum larga Vobis adiumenta sequentibus paginis offeruntur. Valet!

Scrib. Monasterii Guestph. mense Iulio a MDCCCLX.



L E C T I O N E S

I. ORDINIS THEOLOGORUM.

1. Professorum ordinariorum.

ANTON. BERLAGE, Dr., 1. Philosophiam religionis et revelationis quater per h. hor. VII. tractabit; 2. Theologiae dogmaticae partem secundam usque ad doctrinam de gratia exponet quinques p. h. hor. X.

LAUR. REINKE, Dr., 1. Isagogen in libros sacros veteris Testamenti quater p. h. hor. IX. tradet; 2. praemissa introductione in Pentateuchum genescos librum quater p. h. hora IX. et X. interpretabitur; 3. locos graviores et difficiliores veteris Testamenti semel bisve p. h. explicabit.

ADOLPH. CAPPENBERG, Dr., 1. Ecclesiae christianae historiam inde ab incunabulis ejus enarrabit, quater p. h. hor. VIII.; 2. Iuris ecclesiastici principia et statuta explicabit, quater p. h. hor. XI.

NICOL. PÜNGEL, Dr., 1. Praemissa introductione in Theologiam pastoraalem instructionis practicae Confessarii partem primam bis p. h. tradet; 2. Doctrinam pastoraalem de initiandis nuptiis bis p. h. tractabit; 3. De tractandis poenitentibus partem specialem semel p. h. exponet.

AUG. BISPING, Dr., 1. S. Iohannis evangelium interpretabitur quaternis p. h. horis; 2. Introductionem generalem et specialem in omnes Novi Testamenti libros exhibebit ter p. h.; 3. Religionis christianae doctrinam muneris scholastici candidatis tradet ter p. h.

2. Professorum extraordinariorum.

FRANC. FRIEDHOFF, Dr., 1. Theologiam moralem universalem ternis p. h. horis; 2. Theologiae moralis specialis alteram partem ter p. h. tradet; 3. De vocatione ad statum clericalem tractabit singulis p. h. horis.

IOS. SCHWANE, Dr., 1. Theologiae moralis partem generalem docebit et specialem tractare perget sexies p. h.; 2. Historiam ecclesiae enarrabit inde ab initio saeculi XVI usque ad novissima tempora.

3. Privatim docentis.

IOD. ACHTERFELDT, Lic., 1. Psalmos intellectu difficiliores interpretabitur, quater p. h.; 2. Librum II. Samuelis grammatice explicabit, bis p. h.

II. ORDINIS PHILOSOPHORUM.

1. Professorum ordinariorum.

LAUR. REINKE, Dr., *publice* auditores in scriptoribus arabicis interpretandis bis p. h. exercebit; *privatim* 1. grammaticam arabicam bis terve p. h. docebit et auditores in scriptoribus arabicis interpretandis exercebit; 2. linguae syriacae elementa docebit et auditores in interpretandis scriptoribus syriacis exercebit, bis p. h. horis commodis.

FRANC. WINIEWSKI, Dr., *publice* Sophoclis Antigonam interpretabitur, quater p. h. hor. X.; *privatim* Antiquitates graecas exponet, quinques p. h. hor. XII.

FERD. DEYCKS, Dr., *publice* Horatii Satiras interpretabitur, ternis p. h. horis; *privatim* Historiam litterarum latinarum ad conspectum a se editum tradet, quinques p. h.

IOS. ROSPATT, Dr., *publice* Historiam aevi recentioris usque ad secundam pacem Lutetiae Parisiorum anno MDCCCXV initam enarrabit, quater p. h. hor. IV.; *privatim* Historiam veterum populorum Orientis exponet, ter p. h. hor. X. et XI.; *privatissime* exercitationes et disputationes de rebus historicis offert iis, qui rebus historicis accuratius studium navare cupiunt, bis p. h. horis commodis instituendas.

EDUARD. HEIS, Dr., *publice* 1. Exercitationes mathematicas instituet, bis p. h. die Mercurii hor. II. et III.; 2. Astronomiam popularem tradet, bis p. h. diebus Martis et Veneris, h. VII. pomeridiana; *privatim* 1. Analysis functionum algebraicarum et artem combinatoriam docebit, ter p. h., diebus Lunae, Martis, Mercurii, hora VIII. matutina; 2. Trigonometriam sphaericam et Astronomiam sphaericam exponet, sexies p. h. hor. VII. matutina.

FRANC. IACOB. CLEMENS, Dr., *publice* Philosophiam et theologiam Sancti Augustini exponet, bis p. h., diebus Mercurii et Saturni, hora XI.; *privatim* 1. Logicam docebit quater hora XI., dd. Lunae, Martis, Iovis et Veneris; 2. Psychologiam quinques hora IX., dd. Lunae, Martis, Mercurii, Iovis et Veneris.

GUIL. HITTORF, Dr., *publice* bis per hebd. de calore aget; *privatim* chemiam experimentalem docebit, sexies p. h.

ANT. KARSCH, Dr., *publice* Palaeontologiam tradet bis p. h.; *privatim* 1. Medicinam pastorem docebit ter p. h.; 2. Anthropologiam exponet ter p. h.

2. Professorum extraordinariorum.

CHRISTOPH. SCHLÜTER, Dr., *publice* De animi immortalitate aget ter p. h.; *privatim* Historiam philosophiae recentioris aevi

inde a Bacone et Cartesio usque ad haec nostra tempora enarrabit, quater p. h.

GUIL. STORCK, Dr., *publice* Mèghadûtam, poema Indicum, explicabit; *privatim* 1. Grammaticam linguae Sanscritae tradet; 2. Nibelungiadem interpretabitur; 3. Grammaticam linguae thiudiscae saec. IX—X. docebit.

3. Privatim docentium.

BERN. ALTUM, Dr., *gratis* De animalibus agris nostris nocuis aget; *privatim* 1. Capitis geneseos primi explicationem physicam tradet; 2. Exercitationes practicas instituet.

BERN. NIEHUES, Dr., *gratis* Historiam urbis et pontificum Romanorum inde a restituto imperio Romano occidentali enarrabit, bis p. h. horis commodis; *privatim* Historiam Germanorum aevi quod vocatur medii tradet, ter p. h. hora III.

THEOD. NITSCHKE, Dr., *gratis* De plantarum anatomia et physiologia binis diebus disseret; *privatim* 1. Botanicen systematicam una cum expositione familiarum naturalium docebit, quater p. h.; 2. De iis, quae in usum hominum coluntur, plantis earumque morbis disseret, ter p. h.; *privatissime* Exercitationes phytotomiae microscopicas instituet, quater p. h.

LAUR. REINKE jun., Dr., *gratis* Dicta classica Veteris Testamenti critice explicare perget, semel p. h.; *privatim* 1. Historiam religionis Israelitarum tradet, ter p. h.; 2. Grammaticam linguae hebraicae docebit et exercitationes de rebus grammaticis instituet, ter p. h.

* * *

LEOP. SCHIPPER, Dr., *gratis* Shakspearii tragoediam „Macbeth“ interpretabitur; *privatim* Litterarum gallicarum historiam tradet aut Exercitationes linguae gallicae vel anglicae instituet.

Exercitationes Seminarii philologici.

FERD. DEYCKS, Dr., Philologiae Prof. P. O., sodales in explicandis Propertii elegiis selectis exercebit, eorumque scribendi disputandique pericula moderari perget.

FRANC. WINIEWSKI, Dr., litt. antiq. Prof. P. O., Thucydidis librum sextum sodalibus interpretandum proponet eorumque ceteras exercitationes moderabitur.

Doctrinarum Apparatus et Instituta.

Bibliotheca Paulina stato tempore patebit, eiusdemque opes litterarum amantibus ex legum praescripto officiosissime dispensabuntur. *Anagnosterium academicum* ephemeridum litteratarum cognoscendarum opportunitatem intransibus praebebit. *Apparatus physicus* et *Laboratorium chemicum*, *Apparatus mathematicus et astronomicus*, *Museum mineralogicum et zoologicum*, *Collectio anatomica*, *Herbarium Guestphaliae normale*, *Hortus* denique *botanicus* naturae studiosis et curiosis lubenter aperientur, qui quidem eos viros, quibus earum rerum demandata est cura, rite adierint.
